



*Ite magni facies veneranda videtur HENELI.
Sic nunc ingenua frontis amoenus honor.
Si Pietas, Sophie, diffusa scientia rerum,
Et bona communi prestita mille Bono.
Hac pariter sculpi posset spectanda tabella;
Pulchrior in patrio non foret illa solo.*

Bernardus Gudenus Neflow

NICOLAI HENELII

AB HENNENFELD,


Sac. Caes. Maiest. Consiliarii, Jcti &

Syndici olim Wratislauiensis,

SILESIO- GRAPHIA RENOVATA,

NECESSARIIS

SCHOLIIS, OBSERVATIONIBVS
ET INDICE AVCTA.



WRATISLAVIAE & LIPSIÆ,

APVD CHRISTIANVM BAVCHIVM, Bibliopolam.

ANNO MDCCIV.

§. 44.

THERMÆ LANDECENSES.

THERMÆ LANDECENSES ad Comitatum pertinent Glacensem : sed qui cum & ipse aliquando pars Silesia ficerit, factum inde est, ut & ipsæ Thermæ a Scriptoribus nonnullis Silesia annumerantur. Nomen illis vulgare St. Georgen Brünen. Aqua subviridis, sed frigidior, calefactione opus habet. Calefacit ipsa, siccatur, extenuatur, abstergit, nervos roborat frigidos. Opitulatur contracturis, spalmo, convulsioni, podagræ, chiragræ, aliisque a frigida causa morbis. Resolvit aurium tinnitus, visum acuit, oculorum dolores mulcet, renes & vesicas excalefacit, appetitum prostratum erigit, &c.

Hæ aquæ an thermæ vocari possint, dubitat Balbin. in miscellan. histor. regn. Bohem. lib. I. c. 24. De Virtutibus harum aquarum medicis peculiarib[us] libello egit D. Adamus Frideric. Kremer. Quo cum successu ægri

in

in variis morbis ad salutiferas has configuant aquas, Collegæ Academ. Naturæ Curiosor. Leopoldinæ Wratislavienses doctissime exposuerunt in histor. morborum, qui anno 99 superioris seculi apud nos grassati sunt, p. 93. & seqq.